

apud Eclesiam deponere voluisse, est cur tibi gratuler  
Eclesia gaudeam. Placet tua disputandi ratio perspicua  
solida, placida, nullo aculeo molesta, aut felle finita  
ut non minus argumentorum pondere lectores doceret  
in orthodoxâ fide confirmare, quam rationum  
momentis adversarios, nisi propatiti esse velint, inter  
convincere, et firmitus unitate in viam revocare  
possit. Perge igitur, mi frater, donum, quod in te  
excitare, et pro tuendâ orthodoxâ fide ubertim in  
fœnori Eclesie locare, sicq; fidelis seni mercede  
coronam vite immarcescibilem à Domino expecta  
Vides quam copiose ego ad breves tuas. Mora  
igitur prolixitate pensatam esse cogitabis. Vale  
Heidelbergo a. d. 4. Nonas Jul. anno 1613.

156.

Car. Davidi Pareo Johannes Beronius, Frisus.  
S. P. Parisinae Viri, Dñe Honorande. Quod scribere  
ad te homo plane tibi ignotus haud erubui, scit scilicet  
mihi deprodicata ab alijs humanitas tua, et meus in  
te affectus, ex tuarum laeubrationum quaticumq; lecti  
one pridem conceptus. ut tamen quis sim, propius  
noscat, cum ex Dño Abrahamo Sculteto, tum imprimis  
ex Dño Henrico Altingio vestro, de me perquisi  
res. De illo enim nihil ut dicam, huic jam dudum  
ut populari innotui, ex familiari consuetudine,  
quam cum parente ejus optimo, D. Henrico Altingio,  
per annos complures colui. Nunc quidem Wesalia  
me habet ministrum: sed antehac per annos id. Gro  
ninga nostra me fovit: postquam in Frisia Ori  
entali, patria mea per annos complures Eclesia  
insevissem. Sola spes juvanda Eclesia Christi in  
hæc oras me pertraxit, sperantem amplissimam  
queq; de laudatissimo Principe nostro juniore Brand  
burgico, quando ob regimini politici <sup>nequitiam</sup> ~~negligentiam~~  
Groningha flavescere, incolumitas Eclesie videtur.  
Atq; nec

215

Atque nec quidem hæc perfecta omnia. Sed expectabimus tamen de ad i. b. v. benedictionem Domini. Quod si quandoque magis adspiraverit hæc votis nostris Dominus, tuis una consiliis uti cupio, ideo et tuam per literas amicitiam mihi conciliandam duxi. Et plane statues, vir honoratissime, negotium tibi cum homine ingenuo, et salutis Ecclesie perstudioso esse. Nunquam fallam Ecclesiam, aut obere commodis ejus, quia et nominatim addo; nequaquam ex iis sum, qui temeritate novitates, Ecclesiam perturbant, sed obstiti, hæc usque salubri, quantum in me fuit. Vocatus antehac ab Enthusias in Hollandia, itemque ab Amsterodamensibus, recusavi utramque vocationem, ob gliscentes jam tum illis novationes. De cetero te rogo, vir Clarissime, ut audaciam hanc meam te compellendi, benigne consulas. Tum vero jucundissimum mihi erit, subinde tecum de bonis rebus ad Ecclesiam usum pertinentibus, conferre. Deum Opt. M. seris votis conprecor, ut te sicut et tui similes pravo huic seculo retundendo, quam diutissime servet incolumem. Tuas cum desiderio expectabo. Atque hoc addam, discipulus fui insignium Theologorum D. Zach. Ursini, et D. Hieron. Fauchij Neostadii An. 1562. Bene vale Vir Clarissime et prædilecte. Wesalia Clivorum.  $\frac{2}{12}$  Aug. 1613.

157

Clarissimo Davidi Læro Herman Ravensperger.  
S<sup>r</sup> Reverende et Clarissime Theologe; frater in Christi observanter honorande. Consilii sui candore delector et abunde, ex eo munere usurpo letitiam. Nullum a. animi tui specimen vel desiderii mei solamen potest esse, jucundius, quam quod saliter apud me, merito- rum suorum cultus augetur. Hortatu tuo à refutatione Catech. Polonica Sociniana lactens abstinui et porro abstinabo; nisi extrema necessitas ejusmodi quid mihi extorqueat. Non sunt novi, nec me indigni, hoc loco gryphi Infausti Socini, cujus culpam novit is, qui novit omnia. Sane ne infelix illud et peregrinum tolium radicibus hæc extirpetur, curant sedulo Pseudopostoli, qui subinde, ex Polonia, hæc mittuntur.